

## Tractatus.

in consequenter respectu illius verbi est vel fu-  
it. id est illam ampliatorem impedire per quod est  
Et debet sic conuertere. si nullum quod est homo mor-  
tuum. ita ista puer erit senex si conuertatur in ista si se-  
nex erit puer. arguitur a non amplo ad amplum ex p-  
te ly senex quod prius supponebat respectu illi-  
us verbi est tamen in pnter respectu illius ubi est  
vel erit. Etiam arguitur ab amplo ad non amplum  
ex parte ly puer quod in antecedente ampliat et in co-  
sequente non. si conter dicitur quod sic debet conuer-  
tere puer erit senex. si senex est vel erit puer. Sed  
talis conuersio non est bona quia licet ly puer  
supponat eam ample senex ampliat ibi quia  
supponit respectu duarum copularum et non ampli-  
atur in antecedente id ad prohibendum ne ampliet  
in pnter debet addi ly quod erit. ut sic puer erit se-  
nex. si quod erit senex est vel erit. puer ita quo-  
modo formaliter conuertendo ista nullus puer fuit  
senex debet conuertere in ista. si nullum quod fuit senex  
est vel fuit puer. et non in istam. si nullus senex fu-  
it puer quod arguitur a non amplo.

### Quartum dubium est

Utrum ista propositio sit vera. Anticipatio est intelligibilis  
et an sit bona pro anticipatio est intelligibilis. si est  
Solutio primi sic quod intelligibile supponit p-  
eo quod potest esse. licet ita non sit et sic facit subie-  
tum supponere p eo quod potest esse et non sit et  
sic subiectum et predicatum supponit pro eodem  
si propositio est vera. Ad 2<sup>m</sup> dicitur quod propositio non va-  
let quod ans est verum et propositio est falsum. Sed dice-  
res ibi arguitur per locum a parte in modo. Solu-  
tio ibi arguitur cum dicitur ampliante quod impedit  
bonitatem nisi sit ab amplo ad non amplum affir-  
matine. Si dixeris ampliatio est extensio ter-  
mini cuius ibi subiectum est terminus discretus  
Ad hoc respondet buridanus quod non est pro-  
prie dicta ampliatio huius termini anticipatio  
nec processus a magis amplo ad minus am-  
plum. Sed est ibi processus a termino suppo-  
nente pro aliquo ad non supponentem pro aliquo.

### Quintum dubium est

An istud sophistica sit verum. Nullus homo est  
mortuus. Solutio non quod predictio eius est ve-  
ra. si aliquis homo est mortuus. Si dixerit  
ne sequitur inductive iste homo non est mortu-  
us. et iste homo non est mortuus. si nullus ho-  
mo est mortuus. Solutio inductio non est suf-  
ficiens si fiat sola de hominibus qui sunt quia  
debet etiam fieri de hominibus qui fuerunt eo quod sub-

iectum ampliatur pro his que sunt vel fuerunt  
Sed dices nullum mortuum est animal. Omnis  
homo est animal. si nullus homo est mortuus.  
Dicitur quod ibi arguitur a non amplo ad amplum  
ex parte ly homo quod in minori non ampliatur tamen am-  
pliatur in conclusione.

### Sextum dubium est

Utrum hoc sophistica sit verum non ens intelligitur  
posito quod sit propositio de subiecto infinito affirmatiua  
Solutio buridani est falsum quod iste terminus  
non ens pro nullo supponit finem eius probat quia  
istud verbum intelligere vel intelligi est ampli-  
atiuum supponit ad preterita et futura imo ad pos-  
sibilia cum dicitur ens intelligitur. ens suppo-  
nit indifferenter pro omni ente preterito futu-  
ro et possibili. Sed regula est quando negatio  
in finitans ad data alicui termino prohibet sup-  
positionem pro quibus supponebat et facit ip-  
sum supponere pro omnibus pro quibus non  
supponebat. si aliqua sint talia in hac propositio non  
ens intelligitur. non supponit pro aliquo pre-  
terito nec preterito nec futuro nec possibili igitur  
pro nullo.

### Septimum dubium

Utrum hoc sophistica sit verum. Omnis  
equus senex morietur. posito quod sint tamen duo equi  
iuuenes qui morientur. si buridellus et morcellus  
et nulli alii erunt. Solutio est verum quod omnis  
qui est vel erit equus senex morietur. si om-  
nis equus senex morietur. propositio tenet ab expo-  
nente ad expositam seu ab equivalente. Sed di-  
ces per casum positum. Omnis mortuus  
est iuuenis. sed ois equus senex est moriturus ut po-  
nit casus. si omnia equus senex est iuuenis. con-  
sequenter tenet in barbara. conclusio est falsa si  
aliqua premissarum non maior. si minor. Solutio  
latio non valet propter rationem appellatam quod iste  
terminus equus senex in minori propositio appellat  
lat senectute sed distinctio pro presentis vel futuro. et  
in conclusione sola presentis quod a distinctio ad presentem non  
valet propositio. Ideo buridanus dicit quod illi modi sil-  
logisandi non sunt formales nisi propositio formetur  
cum hac additio ly quod est. sicut nec forte  
in terminis diuinis. ois rex est filius. om-  
nis pater est rex. si omnis pater est filius. Sed  
ad formandum sillogismos formaliter oportet adde-  
re ly quod est. et sic hoc conclusio conceditur. Omne  
quod est pater est filius.